



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, 1664**

Qvæst. IV. Quona meriti genere Christus Dominus fuerit promeritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

QVÆSTIO IV.

Quonam meriti genere Christus Dominus fuerit promeritus?

NOSTRA ætate natam quæstionem tractamus, quæ tamen multa in paruo tempore creuerit propriamque sedem habeat controuersia de merito. Est enim, an in Christo Domino fuerint merita à meritis remunerandis (quæ solum merita apud antiquos cognita sunt) diuersa? nempe merita per modum pretij & solutionis siue in spe. Quæ licet de omnibus iustorum operibus inquiri ac disputari possent, tamen quia vt difficultates de merito Christi respectu antiquorum Patrum, Progenitorum, crucifigentium (de quibus d. sequenti) complanarentur, fucere solum excogitara, ne nostram deinceps disputationem per quæstiones singulas replicata impediunt, hic opportunè atque anticipato eam cogitationem examinandam reticiendamque censuimus, ne per difficultates singulas disputationis sequentis, in quibus plures solutiones Doctorum refellendæ sunt, vel pluries, vel longius quàm par esset, vel denique in spe solum futurarum controu. de merito impugnatio- num, sed semel in aliqua quæstione ex instituto repel- lerentur.

CERTAMEN I.

Opinionis huius insentor, sequaces, & explicatio que hallenus fuit.

IVT memoratas difficultas eneruaret illud ingeniorum miraculum. Magister meus Didacus Daza manuscripto *De prædest. d. de eius effectibus*, s. 3. merita hæc in spe, seu per modum pretij, & solutionis dictauit. Eo autem vita iam functo recentiores Complutenses quatuor post annis Kalendâ, & historia quadam, cuius ipsi solum testes sunt, adhibita, vt suum adiuuentum venditârunt. Aiunt enim tribus ante dictatam à Daza annis, cum generalibus Thesis sub ipsi præsidio habendis eiusmodi merita tueri ipsi Toleri uellent, ferè inauditos repullos ab ipso fuisse, tanquam quid inauditum & paradoxum afferretia ac postea tanquam propriam cogitationem fuisse eadem merita à Daza nostro dictata. Sed verò miraculi instar est, meum Daza vix à se præ impatientia audiri tam singularem Thesis adeo nouisse, vt eius fundamenta omnia, difficultatūque solutiones ita adhibuerit, vt Recentioribus, (scilicet tam profundæ cogitationis parentibus) nil, præter transcribendi laborem, reliquerit. Accedit, quod in Scholasticis Dazæ disputationibus nil singulare, quod ingenij sui partus non fuerit, de reliquo inuenietur; quod non ita in Recentium horum scriptis est constans; sed ne his quidem magnis coniecturis est opus. Totam enim materiam de prædestinatione, me scribente, ex schedulis nauigation per uanâ fædatis, ac proinde ante illam scriptis (quo tempore vix Recentiores philosophiam audiebant) Magister Daza dictauit. Sed demus Recentiorum historiam veritatem (nec enim mentitos ausim suspicari.) Repulsi fortè, ne sua singularis cogitatio, quam, & dictare in proximo, & suo, vt par erat, nomine cudere dudum in animo erat, anticipato vulgaretur. Itaque, vt demus Recentiores ex meo Daza cogitationem huiusmodi non habuissent, illud tamen vltra dubium est, Daza multis primùm annis in eam incidisse eamque fundasse.

2. Cæterum merita hæc ita explicant Doctores

isti: vt, quia Deus præuouit conditionatè fore, si gratiam patribus, virgini, ac reliquis progenitoribus Christi conferret, vt Christus gratiarum actionem pro eius collatione persolueret, eius spe, desiderio pretioque allectus gratiam illis contulerit, cum quæ ratione scientiam conditionatè præsupposita, ita gratiarum actio Christi connexa erat, vt implicaret illa postea hanc non apponi. Inde merita hæc à meritis Semipelagianis secerunt, quod hi merita, seu potius demerita conditionata ponebant, quæ nunquam forent, ac proinde ridentur ad Augustino, quod plures reprobatos asserent ob merita, quæ haberent, si uiuissent: quod secus in meritis hisce euenit, ob rationem dictam. Secundò Semipelagiana merita ex propriis viribus assignabantur; hæc autem ex gratia Dei per Christum probant frequentibus exemplis emptionis, & venditionis, in quibus alter ex contrahentibus pretium sæpe donat spe equi, vel rei aliterus obriuentis: sæpe rem in spe pretij acquirendi. Secundo probant celeberrimo, ac peruesto Alexandri Alensis exemplo, armorum & equi donatorum militi anticipato in præmium facinoris illis ipsis, equo & armis, parandis. Cuius occasione loco citato Daza meum totam istam cogitationem his rationibus fundatam, & solutionibus impugnationum, quas in discursu quæstionis adducam notabòque, auctam & mutitam dedit. Aduertunt autem meritorum istorum bonitatem, licet conditionatè solum præuideatur ad præmij collationem non mouere vt conditionatè solum futuram, sed vt futuram absolutè: mouent enim ad præmij donationem anticipatam, quatenus intenduntur, desiderantur, & sperantur: intenduntur autem, ac sperantur non vt conditione existentia, quo modo supponuntur, & ante desiderium & spem habentur, sed, vt absolutè existentia, quo modo non supponuntur.

3. Recentiores alij Murciani, nec ignobiles, quibus etiam merita hæc in spe, siue per modum pretij, & solutionis placuerunt, quorumque disput. de *ordina decretorum*, & d. sequenti, præsentique q. mentio frequens, voces hæc meritorum in spe, siue per modum pretij & solutionem minùs proprias existimauerunt. Primo, quia horum meritorum motio per modum finis non est, vt statim ex Patribus, & Conciliis ostendemus, sed ex mortuo compendendi præmium anticipatum merita illa, quæ sub huius conditione uisa sunt conditionatè futura: quare verificatur absolutè dari præmium: quia merita erant, nec solum, vt merita sint, quo significatur solum modus proprius causandi causæ finalis distinctus à modo causandi meritorum explicito particulâ, quia, id quod, nec meum latuit Dazam, ne in ea opinione cogantur admittere Christi merita fuisse causam finalem gratiæ antiquorum Patrum; sed potius propriam meritoriam. Dicitur autem, inquit, meritum huiusmodi per modum pretij & solutionis, quatenus supponit præmium prius naturâ collatum, quemadmodum solutionem, pro qua fit, prius acceptam: præmijque anticipatum in spe conferri dicitur, quatenus conferretur prius natura, quàm meritum absolutè adit: ac proinde medium materialiter ad meritum est; non autem, quia hoc sperari intendique opus fit cum præmij conferretur, vel ex intentione soluendi præmium anticipatum à merente opponi merita debent, cum ab eo exhibentur.

4. Traxit cogitatio hæc ferè alios omnes nostræ huius Toletanæ Prouinciæ Recentiores, siue componendarum difficultatum grauissimarum in re presentis commodo, siue Dazæ mei autoritate & Recentiorum Complutensium exemplo. Ex antiquis uerò in ea etiam fuisse referuntur plures; atque in primis Vasquez pluribus in locis, 1. 2. d. 225. c. 3. num. 44. l. p. à 85. c. 6. num. 38. d. 94. c. 3. num. 21. & 24. 3. p. pluribus locis citandis dum de merito Christi respectu gratiæ antiquorum Patrum, & pro genitorum

torum sequenti d. agemus. Ait enim collatam esse fuisse in spe meritorum Christi nondum existentium, sed intelligendus genuine est de meritis nondum existentibus tempore, non naturâ, & causalitate: spes enim iudicium futuritionis in tempore requiritur, neque opus est, ut ad id, quod speratur, causalitate præcedat: nam his locis longe aliam doctrinam de merito gratiæ pro antiquis Patribus persequitur, ut d. sequenti videbimus: idcirco Daza Vazquezij discipulus Vasquianæque mentis oraculum illum pro sua hac meditatione non refert: citantur Aegydius Koninc. 22. d. 8. de merito dub. 7. à num. 113. Ragusa de incarn. d. 43. sect. 4. versu secundus modus Suar. d. 10. sect. 4. §. sed qua res. Sed ij etiam de præcedentia temporaria præmij ad meritum ac de spe & solutione posteriori tempore solum loquuntur. Citari melius possunt Albar. d. 10. sect. 4. §. sed quares ubi ait: gratiam Patribus datam tanquam medium ad finem meritorum Christi, & Vuadingo d. 10. dub. 4. à num. 31. illud tamen mireris referri pro hac sententia Didacum Ruiz d. 57. de præd. sect. 7. num. 24. cum ipse tota fere d. 18. de provid. præsertim sect. 5. multis, & ab authoritate, & ab ratione merita hæc à meo Daza, dum navigationis peruanæ opportunitatem Beticæ expectaret, audita confutarit.

CERTAMEN II.

Merita hæc Patribus, & Conciliis videntur aduersari, ac semipelagianismum reddere.

Licet sola magni mei Magistri Dazæ authoritas sapè me frangat, eius tamen auditor etiam merita hæc perosus semper fui: eadem enim refellunt Ruiz citatus Alarcon tract. 4. 1. parte d. c. sed his plus iusto dicitur, rationibus, quam par esset, minus. Lugo Cardin. d. 27. sect. 3. num. 35. Ouedo 1. 2. tract. 9. de merito controu. 1. punct. 4. Ripalda t. 2. de ente supernat. d. 86. censens n. 61. reicienda ab scholis eiusmodi merita fore: errorumque semipelagianum merita hæc conditionata continere docet ipse d. 72. cum Herize 1. p. d. 7. n. 74. d. 22. c. 7. n. 62. d. 23. c. 4. n. 38. Ruiz insuper d. 15. de provid. sect. 2. num. 2. ex quo Ouedo n. 74. qui duo eum etiam fuisse, errorem Arrianorum notarunt ab Athanasio orat. 1. contra Arrian. propè med. & orat. 2. col. 4. satis firmis testimoniis aucti: Sed quid de censuris, ac Recentiorum cum semipelagianis conuenientia, aut disconuenientia inferius constabit. Primâ nostra impugnatio esto: quod cum difficultates memoratæ, pro quibus emolendis excogitata hæc merita sunt, meritis absolutis ac remunerandis, hæc tamen à Patribus & Scholasticis notis, bene, facileque componantur, sine vilo fructu inaudita hæc merita in scholis inuehantur. Secunda ex S. Th. 3. p. q. 2. art. 11. & q. 29. de verit. a. 6. negante meritum esse causam præmij in genere causæ finalis: cum tamen hæc merita in spe, & per modum pretij & solutionis illud in genere causæ finalis causent. Respondent Recentes ex Ragusa supra num. 28. meliùque possent ex Vuadingo num. 34. S. Th. loqui de meritis remunerandis, & ordinariis. Sed contra: quia, ut eam propositionem probet, assumit aliam vniuersalem: nempe, merita causare præmium in genere causæ efficientis. Vnde inferit non causare illa in genere causæ finalis: quia, si ita etiam causarent, præmium esse deberet medium, ac proinde principium actuum, seu efficiens meritorum: vnde mutua causalitas in eodem genere, inter præmium, & merita implicatoriè admitteretur. Loquitur ergo vniuersim Th. in d. que probat principium meriti non posse cadere sub meritum, quod vniuersim verum est per ad-

R. P. Christi oph. de Orrega, de Deo vno & Trino.

uersarios. Ostendemus autem infra cum his meritis minimè constare. Sed inquirunt, secundo loco dicere S. Th. non posse quem mereri præmium, quod prius tempore accepit, contra nos. Sed hanc illationem solum facit in humanis S. Th. & bene quidem, ex vniuersali illo principio, quod motio meriti in genere causæ finalis esse nequeat. Nam, ut aliter moueret hominem præmiaturum, oporteret, ut adesset meriti absolute præiussi visio, quæ homini præmiaturum humano modo, ac seclulâ Dei reuelatione nunquam aderit.

2 Venio ad vrgentiora, & arguo secundo Patrum discursu ex illo Roman. 8. *vocauit nos vocatione sua sancta, ut essemus sancti.* ad Ephes. 1. *elegit nos in ipso, ut essemus sancti;* ex quibus locis Hier. ad Ephes. 1. S. Aug. de corrept. & gratia: c. 9. de præd. sanct. 1. c. 18. fin. de dono perseverantiæ c. 13. & 14. epist. 1. 7. 10. ad Simpli q. 2. Arausican. 1. Canone: 28. Arausic. 2. can. 2. alique Augustini discipuli, necnon Patres alij ex illo ad Timoth. 1. *misericordiam consecutus sum, ut sim fidelis;* iuxta Arausican. lectionem, quos omnes magno numero recitat Ruiz citatus sect. 5. Sic arguunt, *ergo non, quia futuri eramus sancti:* ergo non quia futurus eram fidelis: idest, ergo non ex meritis nostris: atqui, iuxta hanc doctrinam admissam, mala esset Patrum & Conciliorum consequentia; ergo doctrina mala, & contra Patres, & Concilia est; subsumptum probet: quia si motio finis posset esse motio meritiua, potius inferretur ex eo, quod electi ac prædestinati fuerimus, ut essemus sancti, quod ob ea sancta opera conditionatè futura infallibiliter, quorum spe, & intentione, ut essent, prædestinati fuimus, & electi, ac prædestinati fuerimus. Rem contra Recentes Complutenses euinci argumento hoc farentur Murcia Recentes: quia illi meritis hinc motionem finis in genere causæ finalis explicitam per particulam, *ut à Patribus, & Conciliis planè admittunt;* non autem contra ipsos, qui eis meritis motionem finis non concedunt sed solum compensationi. Sed contra: quia in eis operibus conditionatè solum præiussi cum motione sua est comparabilis motio finis, ut patet, & admittit, licet ea meritoria non sit: ergo malè inferitur ex eo quod sancta nostra opera mouerint Deum ad electionem tanquam finis, *ut essemus sancti* per illa, non fuisse in eis emptionem meritoriam, siue quia futuri eramus sancti cum vtraque motio in eis operibus simul esse potuerit. Secundo nescio quid addat compensationis finis, si merita in statu conditionato solum cognita, in quo, ut finis mouent, possunt esse compensandi motuum. Excluditur enim consequentia Patrum ex locis illis Scripturæ æque, ac si finis compensationis abesset, cum enim finis obtinendi merita illa conditionata simul cum fine ea compensandi intendi à Deo possit ex eo, quod ut finis intendatur, non excludatur motio eorum meritiua, quam Patres illa sua consequentia excludunt: malèque ab eis excluderetur, si in meritis conditionatis esse pro eo statu posset.

3 Dices motionem hanc in spe non esse in ordinaria prouidentia adhuc ordinis gratiæ, in qua arguunt Patres, tenetque consequentia. Nam ordinariè non mouent merita nisi absolute præhabita, & accepta: quare non erit in spe, quæ de præhabitis, & acceptis esse non potest; secus in extraordinaria prouidentia gratiæ: cuiusmodi data fuit gratia Progenitoribus Christi prius natura, quam Christus existeret. Contra primo: quia sic nil contra hæreticos Patres euicerent, qui dum eis meritis, siue ordinaria, siue extraordinaria prouidentia electos homines haberent, triumphabant: riderentque Patrum argumenta ad cachinnos: nec enim per ordinariam prouidentiam electos nos defendebant, sed absolute. Patres verò ex eo, quod electi absolute fuiffemus, ut essemus sancti, CCC è absolute

absolutè non quia siue ob merita sicut intentæ, vt finis, electos intulerunt. Contra secundo: quia posita absoluta possibilitate intrinseca motionis meritoria in operibus pro eo statu, pro quo mouere finaliter possunt, liberum Deo erit moueri illis pro eo statu cognitis, quin aliquid contra rei alicuius exigentiam fiat, sed potius iuxta illam: ergo sine extraordinaria prouidentia ordinis gratia moueretur Deus ad electionem nostri in spe, siue ob finem obtinendorum eorum operum, siue ob compensationis præmij anticipati finem: siue ob utrumque. Nam in humanis (vt eorum exemplis contra ipsos vtr) sæpe contingit rem dari anticipato ex fine obtinenda pecunie, & rei data compensatione, si diuersus finis sit, vel seorsim, vel simul: quare suis ipsis exemplis, & probationibus, ne hac vtrantur solutione, tenentur. Nam illis aperte constat motionem eiusmodi naturalissimam, frequentissimamque ac quotidianam esse: maximè exemplo illo Alexandri de equo, & armis spe facinorum illis patratorum, quod in præmio, & meritis versatur.

4. Vt autem quanti res ista Theologorum & Ecclesie referat, ac vim impugnationis primæ contra solutionem proximam data recognoscas, sententiam hanc Semipelagianismi speciem (ne dicam errorem) contra quem Patres argumento præfato utebantur, continere, ostendamus. Etenim Pelagiani causam prædestinationis, ac reprobationis totam ex parte reprobis, & prædestinati per opera viribus nature absque gratia ab ipsis elicitæ ponebant. Semipelagiani verò non totam causam, sed initium aliquid per exiguum, ansamque tenuissimam ab illis dari aiebant. Verumque errorem validè impugnarunt Patres, & Concilia citata pluribus Pauli testimoniis, ex quibus nullum opus, quouis gradu ad vitam æternam conducentis elici sine gratia posse concludebant: quare non posse homines vocationem primam promereri, quia iam gratia non esset gratia. Secundo experientia populorum, nationumque æque vitiosarum, atque idololatrarum, quarum alia ad fidem vocabatur trahebaturque, alia in suis vitiis atque idololatriis derelicta.

9. Antequam quæquam boni, aut mali egissent, Iacob dilexit, Esau autem odio habuit: atque hunc electi, & prædestinati typum infanti duplici, quorum alter ante rationis vsum reprobabatur ac morte præmatura damnabatur, alter vero in ipso rationis ingressu vocabatur, atque eligebatur, quin aliqua eorum opera præcessissent, magna hæreticorum vexatione applicabant. Hæretici verò, vt se hoc argumento parulorum in Iacob, & Esau figuratorum, atque exemplo idololatrarum liberarent, ad merita, & demerita, quæ visa conditionatè sunt, si viuerent aut vocarentur, recurrerunt. Hæcque fuit ultima eius erroris doctrina.

5. Cum autem duo membra erroris iste postremus contineret: alterum de infante reprobato ob demerita, quæ visa conditionatè sunt, si viueret, magno membrum hoc & robore & risu Patres, ob demerita, & Concilia impugnant: Quod hæretici infantes reprobatos, punitosque fuisse quæ nec fuerant nec futura vsquam erant, fateri cogentur: vt arguebat primus Aug. c. 9. de dono perseuer. ante medium. c. 10 ac sepius. Hucusque Doctores, quos impugnauius, Pelagianismum esse non negant à Patribus, & Conciliis irritum, & damnatum; membrum autem alterum, quod ob merita sub conditione præuisa, si vocarentur, atque eligerentur quæ de facto erat futura, non esse à Patribus, & Conciliis improbatum, nec damnatum, nisi quatenus viribus nature futura dicebantur à Pelagianis, vel Semipelagianis. Sed eos rogo contra quorum doctrinam arguant Aug. & Concilia, & Patres ex tribus illis locis Pauli, vt essent sancti: vt sicut fidelis: ergo non quia futuri eramus

sancti: nonne contra merita hæc conditionata, & in spe à Pelagianis inuenta? legatur Augustinus, reliquique Patres, & Concilia, & constabit aperte eos contra merita, quæ sub conditione visa erant futura, intendebaturque futura, & absolutè futura erant, in sanctis, qui tales fuerint, argumentum efformari: nempe in meritis Sanctorum, & electorum, qui fuerunt, futurique sunt. Secundo: quidnam hic de merito ex viribus nature improbatum argumento isto? solum ergo impugnantur hic à Patribus, quia habeant motionem finis, mouerèque meritorie dicantur, quin præuideatur absolutè futura: licet aliunde, si ex viribus nature fore dicerentur, reicienda etiam forent: Nam sic etiam non esse ex gratia primam vocationem Pelagianè inferretur: cum esset ob merita ex ea vocatione futura.

CERTAMEN III.

Merita hæc etiam non absolutè futura præmij absolute possent, ac cum Semipelagianis demeritis videri ab Augustino.

1. Doctores isti nil minùs, quàm propositum absurdum timent. Cum enim dicant affectum illum collatum præmij regi necessario debere scientia conditionatè meritorum sub eius præmij conditione, posito præmio aiunt implicare non esse absolutè meritum. In primis hæc solutione vti non possunt Murciani Recentiores, qui ex scientia simplicis intelligentie moueri posse Deum aiunt vt præmium in spe donet: quare, & præmium sine merito absolutè poterit consistere, præmijque merita nunquam futura; sed iniquis donatione præmij ex ea scientia simul præstari merita; sed contra; quia ex præfinitione de se connexa, vt hi admittunt, cum re præfinita, ac regulata solum per scientiam simplicis intelligentie tolli operum libertatem, ac proinde meritum constat: ex dictis controu. 3. d. de ordine decretorum, vbi præfinitione, etiam regulata per scientiam conditionatam, aboleri operum libertatem ostendimus: nedum, si per scientiam simplicis intelligentie regulatur: quo in casu isti ad huc Recentiores tolli libertatem operum fatentur: quare in horum Doctrinâ præmium sine operibus non erit; alii sine meritis non solum esse poterit; verum in præmio dato ex scientia simplicis intelligentie, & operum præfinitione nusquam cum meritis esse poterit.

2. Verùm contra reliquos sententia huius Patronos argumentor sic. Totam motio ex parte meritorum in spe ad præmij in spe, siue illorum, siue compensationis per illa obtinenda collationem & compensationem, atque collatio ipsa eiusmodi præmij est absolutè pro priorum nature ad futuritionem absolutam meritorum: alioquin si hæc ad motionem & collationem expectanda sint, merita non in spe, sed remuneranda atque absoluta erant: ergo motio, & collatio hæc præmij de se non repugnat cum negatione absoluta meritorum, quæ nec includit, nec ex parte sua requirit: ergo nec repugnat dari ex scientia simplicis intelligentie præmium ex natura horum meritorum. Patet: Nam, si repugnet, non ex scientia conditionata, eorum præmium dari ex natura meritorum in spe, ideo esset, quia natura sua, ac de se motio inconditionalis meritorum, præmijque ob illa collatio antecedeat connexa esset cum absoluta futuritione eorum merito nequiret de se esse sine illis. Tum sic non repugnat ex natura horum meritorum dari præmium absolutè ex scientia simplicis intelligentie: atqui, si sic demeritum non est vnde inferatur, absoluta futuritio meritorum posito præmio absolutè, nisi recurratur ad præfinitionem eorumdemque ipsorum auferat libertatem.

3. Dices: Licet secundum se ita dari præmium in spe, & ex desiderio meritorum siue compensationis queat; alii relatè ad Deum non posse dari, nisi collatio præmij

præmij per scientiam mediam reguletur: vt scilicet cordate præmiet nec præmiet, quod nunquam erit: Sicut, licet auxilia congrua de se non petant ex scientia media donari, tamen, ne Deus cæco modo ea donet, sed cordatè, non nisi ex scientia conditionata donantur. Sed contra: quia, licet præmium ex intentione meritorum, vel compensationis per illa inefficaci, (vt potest in doctrina aduersarij, debetque vt seruetur libertas, & meritum) detur regulatum per scientiam simplicis intelligentiæ, ac proinde nec ratione scientiæ præsuppositæ connectatur cum meritis & compensatione, nil minus prudens præstabit Deus. Et enim, si præmium ex modo mouendi meritorum antecederet ad horum existentiam non connectitur natura sua cum illis, nil, quod eorum naturam vel Dei prouidentiam præstatiuum dedecet præstabit Deus, est præmium non connexum aliunde, nec ex scientia media connexum cum meritis ponat. Est autem indecentia absolutè; quia merita non mouent nisi absolutè præuisa ac de se: proinde præmij collatio, & ad illud meritoria motio connexa sunt existentie meritorum, quam essentialiter supponunt; ea autem cõnexionem intrinseca motionis meritorum non nisi, vt existentium, ad absolutam præmij donationem sublata, vt ab his Doctoribus auferatur, nil indecens præstabitur à Deo. Illud de auxilijs potius probat intentum: nam non repugnare, quod ex scientia simplicis intelligentiæ absolutè donentur certissimum est, licet non prouideat in linea prædestinationis, sed in lineis alijs. Denique ea cõnexio ratione scientiæ media præmij cum meritis absolutè tota est meritis per accidens in hac doctrina; cum tamen è conceptu præmij omnium sententia, iudicio, & sola etiam apprehensione sit connexio per se, vt mox dicemus. In exemplis soluentis anticipato equum, vel illum dantis in præmium boni vsus, posse, & hunc sine vsu bono, & illum sine equo soluto ex natura rei, atque absolutè manere, quotidianis exemplis comprobatur.

4. Sed esse nequeat dari præmium ob merita in spe, siue ipsorum siue compensationis, nisi per scientiam mediam reguletur præmij collatio. Tamen adhuc in difficultatibus, pro quibus excogitata ea merita sunt, gratiæ nimirum collatæ Christi progenitoribus, & similibus in spe meritorum Christi, connexionem non habebit gratiæ eius collatio in præmium meritorum Christi in spe cum meritis ipsis. Imò in nullo gratiæ præmio collato in spe, quod non sit immediatum meriti principium, v. g. auxilium proximum ad consensum: hoc autem auxilium dari posse in præmium operis ipso eliciendi instanter ac merito negant ferè omnes huius sententiæ Patroni, vt certam. 4. videbimus. Assumptum probo: nam ex præfata motione meritum in spe, siue ipsorum, siue compensationis per illa, datum in præmium remotum est quid: v. g. existentia Deiparæ, & tam ipsi, quam alijs retro vsque ad Abraham, & fortasse Adam progenitoribus sanctis gratiæ auxilium, vt Christi progenitores esse mererentur: sic autem datis existentia Deiparæ, & auxilijs ex scientia illa conditionata poterunt reliquæ intermediæ conditiones vsque ad merita Christi, quæ plures profecto sunt, non apponi à Deo: quo in casu salua scientiæ conditionatæ veritate non esset gratia illa progenitorum data in eorum meritorum præmium connexa cum absoluta eorum existentia: quare, & sine illi absolutè præmium esset.

5. Dices non posse non inter media apponi: quia apponitur præmium remotum ex intentione efficaci meritorum Christi. Contra: ergo tota connexio præmij cum meritis non stat ratione scientiæ suppositæ solius: imo tolle scientiam: siquidem ex ea intentione efficaci, ex qua datur præmium illud connexio cum meritis erit. Contra secundo: quia ea posita tollitur libertas operum Christi, & Progenitorum præmij: quæ sine meritis necessario erit. Contra tertio: quia

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.

præcipuus huius sententiæ Patronus, & author Daza intentiones efficaces actuum liberorum iudicat impossibiles: quare & præmium in spe meritorum, ex intentione inefficaci eorum conferri docet: reliqui verò ita conferri absolutè posse inficiari nequeunt, nisi vt non fateantur se facillè conuictos. Et enim, nec merita absoluta diuinam voluntatem ad præmium adhuc cogunt, nedum conditionata ad eam voluntatem efficacem. Secundo ex scientia conditionata, & inefficaci intentione gratiæ plura remota auxilia solum reprobis dari certissimum est: cur ergo non, & plura, vel aliqua media remota ex intentione inefficaci meritorum Christi, aut compensationis per illa, quin cætera intermedia donentur? Dices tandem simul decerni, licet ex intentione inefficaci, gratiam Patrum & reliqua vsque ad auxilia data Christo, ad merendum. Contra, quia id non constat, nisi gratis ita fieri debere asseratur; imo contra argumentum factum in reprobis. Secundo plura ex intermedijs aliqua motiua pro posteriori naturæ ad gratiam illam in præmium collatam apponenda expectant: quare decreto illo simul decerni nequeunt, sed alijs posterius natura liberè à Deo habendis. Rideat ergo Augustinus cum Pelagianis paruulorum reprobatorum demeritis conditionatis & merita hæc in spe: quandoquidem, sicut illorum punitio absolutè sine delicto, ita & horum præmium absolutè sine merito esse potest.

CERTAMEN IV.

Absurda contra hanc opinionem nonnulla.

1. Si aliud ab absurdo argumentum, quod non vnam solum à Daza meo solutionem extorquebat. Meritum sub conditione sui principij conditionatè præuisum potest meritorie mouere, vt detur in præmium sic præuisi meriti ipsius principium: atqui bonum opus meritorium præuisum est conditionatè fore sub conditione auxilij, quo proximè & immediatè elicitur: ergo poterit mouere meritorie, vt detur in ipsius præmium proximum auxilium; Distingunt maiorem, sui principij remoti concedunt; proximi, & immediati negant. Sed rationem desidero distinctionis; nam motio æqua ad vtrumque est; atque ex alia parte firmior est connexio præmij absolutè dati cum existentia absoluta meritorum ratione scientiæ conditionatæ, quam supponi volunt ad præmij collationem in spe meritorum: quare in his solum, non in remotis, risus cum demeritis Pelagianis abest periculum. Responder primo Daza auxilium ab opere sub conditione futuro, à quo efficax est, crescere in ratione beneficij: quare opus illud sub conditione futurum nequit esse auxilij efficacis solutio, quin id quo crescit beneficium sit eius solutio, quod implicat. Transcribere solutionem Recentiores. Sed contra primo: quia solutio hæc confundit statum motionis meritorum cum statu compensationis præmij. Motio quidem ad præmium est in statu conditionato meriti, quo statu auget beneficium ac præmiu, mouetque, vt quod à sui futuritione conditionata maius beneficium est, sui etiam spe donetur. Compensat verò in statu absoluto, in quo quidem non auget beneficium: quare nulla in eo est implicatio. Quin principia etiam remota à futuritione conditionata nostri boni vsus, seu commodi, crescant in ratione gratiæ, & beneficij: & tamen in spe meritorum dari in præmium possunt, quod statu absoluto compensent.

2. Secundo arma, & equus, principium proximum sunt facinoris strenui, atque ex futuritione illius sub eis patrâdi crescant in ratione beneficij, & tamen absolutè præstita compensant. Et sane nemo dubitat nos respondendo vocationi illi, in quocunque genere sit, satisfacere:

¶ Ccc. 2

satisfacere. Contra denique, quia ex eo precise quod auxilium hoc detur ob sic praesentia merita illo elicienda, auxilium illud non datur ex voluntate gratuita & liberali, sed ex gratitudine, seu voluntate remuneratoria: quare non erit gratia, nedum gratia maior: quare unde crescit in ratione gratiae non compensabitur; quod enim gratia non est, in ratione gratiae augmentum capere nequit. Confirmatur ex eiusdem Daza doctrina. Ipse enim contra solutionem Alexandri ad exempla sua de equo & vinea, statuit rationem gratiae a donatione auxilij aboleri, quoties meritum intuitu donatur, ut potest, patetque in donatione auxilij secundi dati intuitu boni vsus auxilij primi: & res quidem est per se nota, & Patrum autoritate firmata, qui contra Pelagium, & Semipelagianos arguebant, primam vocationem, & electionem gratiam non esse, si quoruncumque meritum intuitu doneatur. Illud obiter notari contra Complutenses Recentiores, uti eos hac solutione non posse. Cum enim meriti iusto Pelagianismi, vel semi, merito docuerint motionem meritum in spe non esse in statu conditionato, sed absoluto, pro quo intenduntur, nec motio eorum, nec compensatio erit a meritis in statu, quo auxilium in ratione gratiae & beneficii adaugent. Verum male in hac doctrina rationem & statum, ob quam voluntas ad spem, seu desiderium, ac intentionem concipiendam mouetur, cum eo qui in ea desideratur, in ipsa confundit.

3 Respondet secundo Daza annuentibus Recentioribus: repugnare auxilium dari in sui operis praemium, quia hominem praenit ad illud, prout est etiam ab homine, unde, & opus ipsum donum Dei est. Quare ad debitum potius quam absoluteionem, & compensationem debiti spectat. Sed contra, quia ratio doni & beneficii Dei in nostro opere imbita, non ita ab illo rationem meriti, quae ex bono nostrae libertatis vsu prouenit, respectu Dei creditoris ac remuneratoris aboleuit, vni eo apud ipsum ipso suo dono promereri possumus: cum plura operibus ex gratia sua promereamur, ut fides docet: Idcirco responderi tandem longe inferius meritum esse auxilij effectum in genere causae efficientis: quare non posse illud mereri, quia cum meritum in genere causae efficientis causa sit praemij quod ob illud datur, in eodem genere efficientis esset causa auxilij quod mereretur & cuius effectus in eodem genere est: quod repugnat omnium sententia: Solutio quidem difficultatis, cur auxilium nequeat cadere sub meritum operis ex illo secuti absolute vera ac solida est; in doctrina vero Daza, quam impugnamus, profus est inanis. Merita enim haec per modum pretij & solutionis non causant in genere causae efficientis, sed finalis, ut quid intentum ac desideratum, non ut quid praesuppositum: quare ad existentiam praemij meritum ab illo causarum existentia quae ab eius existentia causatur nec supponitur nec prauidetur, sed solum sub conditione: quare mutua praecedentia absolute meriti & praemij in hac doctrina non euincitur, licet ob meritum, quod causat, in praemium detur auxilium. In qua solum praecedentia mutua stat mutuae causalitatis adhuc in diuerso genere, nedum in eodem, repugnantia aperta: denique in principio remoto eadem repugnantia intercedit, & tamen dari in pretium operis, cuius proprium est, haec sententia admittit.

4 Ob haec Murciani Recentiores aduertunt plane consequentiam: nempe auxilium posse absolute dari in praemium meriti in spe, quod ex ipso elicitur: & quidem consequentia meliori, quam Theologica. Nemo enim ex antiquis ausus est fateri principium proximum operis sub ipsius meritum posse venire: quin Alexander ipse exempli, & argumenti armorum, equi, & vinea, (cui praesertim haec tota meritum in spe moles inclinata recumbit) adiunctor,

ne id quod ij plane admittunt, concludere (nempe principium proximum meriti sub ipsum cadere posse) suam adhibet solutionem, quem reliqui Scholastici imitantur, ut videbimus *cert. 7.* idem etiam & sententia quam impugnamus Recentiores Patroni praestiterunt. Quod autem, antiquorum solutiones & Recentiorum difficiliore, leuioreque sunt, consequentis a Murciani admissi absurditatem magis produunt: debitamque axiomati illi principium meriti nequij *caedere sub meritum* reuerentiam: quam, ut tanti viri teneant, a consequentia & fere ratione sua defecerunt. Cum autem meritis solum remunerandis admissis facilis sit, & solutio det argumenti Alexandri, & ratio huius proloquij reuerendi; admissis autem meritis etiam hinc in spe, & per modum pretij & solutionis certa sit contra proloquium illud consecutio, vel eo solum merita eiusmodi releganda farent. Fateor Graeco nostro frontem contra axioma hoc perfricasse, primum visum esse *1. 2. contr. 8. tract. 1. d. 4. a. num. 10.* equo, & armis Alexandri fatigatum. Si autem attendatur legatur de meritis, tempore potius, quam causalitate, & natura suo principio posterioribus loqui inuenitur, licet quandoque naturae nomine aequivoce loquatur.

5 Ad Murcianorum doctrinam redeunt, ut rigidas plurim contra ipsam censuras examinamus, quid ipsi doceant perspicue atque dilucide statuendum est. Aiunt igitur auxilium ob bonum nostrum ipsius vsu, seu ob opus ipsum a nobis elicitum prout a nostra libertate est, in praemium posse nobis a Deo conferri. Hoc duplici ex capite videtur Pelagianismus. Primum: quod illud, *pro ut a nobis*, videtur gratiam excludere, ac per consequens ex meritis naturae fieri posse. Secundum: quod aequae inferatur ex Patribus, auxilium & vocationem illam non fore gratiam, quae tamen gratia est ex Paulo. Vtrumque autem Pelagianum videtur. Viderunt Recentiores hoc secundum: responderuntque argumentum Patrum procedere contra Pelagianos, qui de facto in spe meritum, & compensationem per illa primam vocationem & auxilium datum nobis a Deo aiebant: tamen Paulus de facto gratiam esse doceret: quod cum donatione ob merita stare non poterat. An vero de possibili ob ea donari, ac non esse gratia illud auxilium posset, quod solum ab eis asseritur Recentioribus, non curarunt Patres: nec Paulus dixit illam vocationem necessario esse gratiam, ut non posset absolute non esse gratia, sed de facto ut a Deo donatur: in qua providentia, quae de facto est, nec aliquid boni sine gratia praestari a nobis potest. Primum non viderunt, sed tamen respondere possent in bono vsu gratiae nostro, seu opere bono, prout a nobis est, meritum negari non posse a Catholicis: Pelagianos vero solum errasse in eo, quod ad bonum nostrum visum gratiam de facto non supponebant.

6 Hac pro ista Doctrina. Ego vero, licet nunquam nouitatis praetextu difficilem me praebam veritati, semper autem ad aliorum censuras veniam difficilis didici enim frequentibus experimentis saepe a pure scholasticis tanquam Patrum doctrinam, & axioma proinde Theologica circumferri, quae vel non dicta, vel saltem non eo sensu, quo in scholis usurpantur, dicta a Patribus sint, (cuius rei exempla in hoc opere dedimus non pauca) tamen doctrinam hanc singularitatis, temeritatis, minorisque petris non dari posse non dubito. Etenim contra Theologos omnes ratione & doctrina Patrum fundatos (verisimilium saltem quam Recentiores isti) sine vlla alia ratione, quam vel meritis per modum pretij, & solutionis per tot absurda alia ac contra meriti naturam, & communem hominum apprehensionem (ut mox ostendam) inductis consequentiam seruent, axioma illud reiciunt: quod non singulare ac temerarium esse non potest, minus autem piuum est asserere impossibilem

possibilitatem præstandi à nobis aliquid quocumque gradu ad vitam æternam conducens sine gratia de facto, solum esse ex providentia Dei, quæ de facto est. Tum quia plus pauculum ostendit Deus gratiæ in nos, quàm duritiæ, cum id quod ex meritis possit, nolit ex meritis donare, licet donet aliunde, tum etiam, quia accepta impossibilitate donationis auxilij gratiæ in præmium operis ipso elicitæ, ac proinde, quod ex natura rei nil ad gloriam conducens operari sine gratia possimus, Dei erga nos beneficentia commendator est ac sententia Pauli, Patrùmque argumenta contra Pelagianos à ratione firmiora. Illud insuper, quod Recentiores aiebant de merito operum, prout à nobis, licet ex necessaria auxilij gratiæ suppositione, de facto imperceptibile est. Nam etiam, prout à nobis, bonum opus à gratia est, nilque proinde in eo bonitatis ac meriti est, quod Dei donu per gratiam non sit. Quare Augustinus passim, reliquique Patres cum bona opera, ac merita à Deo poscebant, aiebant, vt daret ipsis, quod in ipsis præmiaret. His igitur censuris subiacerent hanc doctrinam censere per se; per principium autem ex quo infertur nempe merita per modum pretij, & solutionis, absurdus iam notatis quæ etiam præfenti absurdo tanguntur.

CERTAMEN V.

Absurda cætera, quæ, quia malè à Doctõribus huius sententia solvuntur, eam censentur confutare.

Non absimile proximo absurdum subiecit Daza, scilicet ex sua hac sententiâ inferri etiam principium dignificans meritum posse sub ipsum meritum cadere. Negat consequentiam ille: quia id, quod datur in spe meritõrum tanquam pretij, nequit illis valore dare: alioqui, si valorem dat, cum pretium ad quod datur præmium, sit operum seu meritõrum valor, cum datur in præmium operum dabitur in præmium sui ipsius. Transcripserunt hanc etiam solutionem Recentiores Complutenses. Sed adhuc instabant contra meum Magistrum Dazam: quia in opere secundum se valor & meritum est, licet non condignum respectu gratiæ alteriusve dignificantis principij, sed congruum tamen: ergo in spe illius poterit dari principium dignificans pro priori naturâ, sicut pro posteriori naturâ dari posse ob merita secundum se spectata, & congrua solum humanitatis Christi vnionem hypostaticam pro eodem instanti durationis aiebant suo loco plures Recentiores Murciani, qui contra illud axioma *principium meriti nequit cadere sub meritum* semel, vt vidimus, pudorem soluerunt: intentum argumenti facile admittunt, nec si absurdum ex huius sententiæ principij inferri dissentunt; ego vero inferri ex illis nego. Vel enim sermo est de merito operum, vt à principio dignificante, eleuatorum, & sic solutio magistri mei est certa & adæquata, nec ab hac Doctrina pendet difficultas; siue enim admerantur merita per modum pretij & solutionis, siue non, eadem ratio reddi debet, quominus merita dignificantia nequeant principium dignificans promereri merito remunerando. Secundo de omni modo possibili meriti operum in instanti, quo est principium dignificans, tenet solutio: cum constet ex dictis *disp. 1. de causâ meritoria incarnationis*, in quocumque instanti adsit principium dignificans, non posse non dignificare opera pro quouis signo: iuxta Valquez, vt valor operum secundum se nudè mouere nequeat. Sed esto possit secundum se mouere, vt abstrahens à dignitate operantis, an tunc dignitas hæc operantis, meriti illius operum secundum se sumptorum esset dignificans, seu alio modo principium? minime: ergo licet concedatur, non est opus concede-

re principium meriti sub meritum cadere. Ac demum eadem est difficultas an meritis remunerandis principium dignificans opera sub meritum intrinsecum, ac non eleuatorum ipsorum venire queat: quare difficultas hæc ex sententiâ ista de meritis per modum pretij, & solutionis, non augetur.

2 Aliud absurdum suæ sententiæ obiebat Daza in hunc modum. Merita nondum absolute præuisa & existentia, sed solum conditionatè possunt pro priori naturâ ad eorum absolutam existentiam præmiari absolute: ergo & demerita nondum absolute existentia, sed solum conditionatè præuisa, poterunt absolute pro priori naturâ puniri: quod & absurdissimum. Respondebat ille negando consequentiam & paritatem: Nam merita bona Deoque grata sunt: quare considerari, sperari intendique à Deo possunt ac proinde moueri in eo statu, cuius cognitio satis sit, vt considerentur, vt ex eorum spe & intentione præmium apponatur ab ipso; aut vero delicta, ac demerita grata Deo esse nequeunt, sed necessariò ingrata & execranda: Quare intendi desiderarique à Deo nequeunt, nec finis motionem habere vt ex statu, in quo bona, ad sui spem, & delicta Deum sollicitent: vnde nec in spe eorum, quæ Deo repugnat, poena ab ipso infligi; Hanc etiam solutionem Recentiores Complutenses transcripserunt, respuunt tamen illam Murciani: quia Deus ob merita per modum pretij & solutionis non dat præmium in spe & intentione, seu desiderio meritorij, sed ex affectu compensationis per merita illa: quare, licet peccata sibi odibilia intendere nequeat, ipsa vt finem ipsum mouere vt conditionatè præuisa, mouere tamen eum in eo statu possunt, vt illa sic præuisa absolutâ poenâ anticipato compenferentur.

3 Sed hic alius est modus compensationis intentæ ex parte meritõrum, ob quæ datur præmium: Nam in meritis datur ex fine, vt præmium meritis compenferatur à meritis pro posteriori naturâ, hic autem, vt Deus compenferet poenâ delicta pro posteriori naturâ futura. Quod si finem compensationis in præmio anticipato ob merita etiam intelligit ex parte Dei ponendâ, paritas vrget, quæ in alio modo euanescit: Nam non minùs repugnat Deum velle peccata, quàm quod per illa peccator anticipatam compenferat præmij seu poenæ donationem; atqui alia incurrit incommoda quæ cert. 6. dum rationibus à priori agam, apparent. Respondet igitur, nos omnes in eadem difficultate esse: cum ratio assignanda sit, cur præmium temporariè anticipari possit meritis tunc futuris, non autem possint delicta futura præmio præueniri Et responderet demum rationem esse, quia quousque sit de facto meritum vel demeritum, non est obligatio & dignitas ad poenam, nec ius & obligatio ad præmium: ac proinde contra iustitiam esse anticipato punire, siue tempore, siue natura. Contra, ergo & anticipato præmiare contra iustitiam, vel saltem præter illam erit, in tua hæc doctrina: quare anticipatum præmium non præmium sed libertas erit, sed pro omnibus respondeo ex diuersitate subiecti, in quo sunt ius & obligatio in premiando & puniendo prouenire, vt anticipato tempore, atque in horum sententiâ etiam natura, sine iniusticia delinquens puniri nequeat, possit autem sine illa iustus, ac bene meritus præmiari. Nam ad poenam ius est in iudice, obligatio vero seu reatus in delinquente; contra verò ad præmium ius est in benemerito, obligatio verò in præmiante: itaque in causâ supplicij reus est debitor, creditor verò iudex; in causâ verò præmij contra, iudex seu Princeps debitor quodammodo est; creditor autem, qui meretur. Cum autem debitor, si velit anticipato soluere sine iniusticia, imò cum laude possit, creditor autem anticipato nequeat, nisi iniuste, & iniquè debitum exigere, sit, vt præmians cum laude præmium anticipare possit, iudex autem,

non nisi improbè supplicium.

5 Hæc autem de præmio & merito, ac delicto & supplicio, ut huius anticipatio ex huius solum arbitrio sine iniustitia fieri possit, illius verò anticipatio è sola pura præmiantis voluntate, de merito, ac de merito infinito intelligendum non est. Quare censeo contra Murcianos Recentiores merito Christi infinito anticipatam solutionem debitam suo modo fuisse, non minùs, quàm solutio præmij à tempore quo merebatur debita fuerit. Cum enim meritum hoc, quia simpliciter infinitum, ad omnia præmia possibilia se extenderet, ad anticipationem præmij, quæ æstimabilis etiam, ac proinde materia etiam præmij est, se debet extendere: quod ipsum in malitia Mortalis, si infinita sit, argumentum euincit: nempe, ex iustitia posse Deum poenam mortalis futuri anticipare, quod est absurdum, ex quo infinitas malitiæ & offensæ mortalis non leuiter quassatur.

CERTAMEN VI.

Rationibus à priori eadem sententia confirmatur.

1 **I**mpugnantur primò à priori. Quia de ratione Motionis meritorie, prout præmium ac voluntatem præmiandi antecedit, est absoluta existentia meritorum: atqui merita in statù conditionato non habent absolutam existentiam: ergo nec motionem meritoriam. Maior probatur primò, ex communi & generali omnium Philosophorum, Theologorum, & Patrum iudicio, in eo distinguendum duplicem motionem intentionalem meritoriam, & finalem, quod hæc moueant ante absolutam existentiam, quia moueant ut sint, atque ad desiderium sui, quod nondum haberentur est, sed ut habeantur; illa vero quia sunt, sin assigna mihi rationem, qua generalis motio intentionalis finis à motione intentionali meritorum distinguatur; nullamque aliam inuenies præter hanc, quam omnes hæctenus homines assignant, expresseruntque Patres verbis illis, *ut essemus sancti, ergo non quia futuri eramus sancti*. Confirmatur: quæcumque motio explicatur à philosophis, per quia, quod opponitur, *ut*, & *propter* dicitur causæ existentiam: at meritorum motio explicatur per quia oppositum *ut* & *propter* à Patribus, ergo dicitur meritorum existentiam. Secundo probatur Maior: quia motio meritorum non est per modum allicientie & pellicatus voluntatis ad ipsa, sed per modum exigentiæ à voluntate præmiantis, ut tendat in aliud, quod præstet ab eaque exigatur: non secus, atque causæ naturales & physice exigunt à Deo, non ut voluntas eius in ipsas tendat, sed in effectum, & concursum præstandum, quem exigunt; atqui quousque res, quæ per exigentiam mouent, absolute sint, nec eorum exigentia est, nec motio, (alioqui posset Deus decernere concursum, aut effectum ob conditionatam causæ, vel dispositionum futuritionem tantum, idque omnino iuxta connaturalem, ac debitam causis prouidentiam) ergo motio meritoria operum non est ante eorum absolutam existentiam.

2 **I**mpugnantur secundò. Quia actio præmiatiua est compensatiua & quasi gratificatoria, & quasi redditua obsequij ex essentia & natura sua: ergo eo gradu solum, quo in rebus, & in se meritum fuerit, eo solum gradu compensatio, gratificatio & redditio esse poterunt: ergo si obsequium non est absolute in rebus & in se, nec actio præmiatiua, seu compensatio esse absolute poterit. Prima consequentia probatur, quia compensatio, gratificatio, & redditio, connotant supponuntque essentialiter, quod reddendum est: quare eo solum gradu, quo acceptum congruo offertur & præsupponitur, esse potest redditio obla-

quij. Confirmatur: quia compensatio & gratificatio essentialiter supponit titulum, aut ius aliquod in gratificando: atqui in merito sub conditione nondum posita, nullum ius est aut titulus ad gratificationem: ergo nequit esse gratificatio: ergo solum sub conditione meritorum. Denique compensatio & gratitudo debitum supponit: debitum autem ex merito conditionato non est, sed ex absoluto; Et quis enim compensationem petat, aut gratificationem ad id quod non est, nec absolute erit, sed foret si talis poneretur conditio: aut non ut amens rideretur? Dices hoc probare nec tempore anticipari præmij posse, quæ antequam merita existant, ius in merente non est, nec obligatio in præmiante. Respondetur respectu Dei cuius æternitatis omnia præsentia sunt, suo quoque tempore, quique ex æternitate ante omnia tempora compensationem gratificationemque decreturus est, nil referre, temporariam meriti ad præmij posterioritatem: maxime in meritis æternis Christi Domini, quæ, ut dicebamus, ipsam anticipationem merebantur; non æque respectu hominum, si absolute futura sunt merita, & ita præuideantur. Quia cum meritoria motio, intentionalis sit, non physica, ac proinde non secundum se physice moueant sed ut applicata per cognitionem, factis est ut nunc moueant, licet posterius futura absolute sint, quòd nunc futura absolute cognoscantur; quæ autem solum conditionate futura cognoscuntur, non cognoscuntur subse absolute, quare, nec cum titulo aut iure absoluto ex parte sui, nec cum obligatione ex parte præmiantis.

3^a Denique generatim probatur Maior: quia existentiam absolutam meriti requiri ad motionem compensatiuam & remuneratorem, statum hæctenus in Philosophia, ac Theologia fuit. Recentiores isti aiunt non requiri, oportet autem ut ij, qui reliquis aduersantur, suadeant, imò non exhibentur rationem adducere aliquam ad probandum inuentum, atque conuellendum principium in scholis statutum, ea autem non afferatur à priori, nec ab absurdo nec ab exemplo, ut statim exemplorum, quos afferunt solutione, & difficultatum de merito Christi respectu gratiæ Progenitorum complanatione suo loco constabit. Ergo ut summum defendetur: aut tenere sententiam contra statutam, fixamque doctrinam quæ non conuinceris, magnum doctrinæ piaculum, & totius disciplinæ subuersio est. Insuper incurrunt aduersarij absurda illa, quæ quatuor totis certaminibus expendimus, patiuntur rationes nuper à priori efformatas: quare opinio hæc ab scholis eliminanda merito erit: maiorique iure iuxta modos, quibus defenditur. Etenim qui finem voluntatis præmiandi, anticipato in spe meritorij merita ipsa præstant, voluntatem illam non remuneratorem, & gratificatorem, sed lucratosam, ac mercenariam in Deo ponunt: qui verè finem eius voluntatis compensationem meritorum præstatorum conditionatè esse aiunt, apertius in illud absurdum incurrunt, quòd possit esse præmium absolute sine merito. Si enim factis tituli in meritis sub conditione solum futuris est ad compensationem faciendam, ut eordate ac non ridiculè Deus præmies, opus non est, ut merita postea absolute existant.

4 Atque, ut adiuuentur, huius inutilitas palam omnibus fiat, ostendam facile his meritis admissis non magis gratiam progenitorum Christi ex huius meritis esse, quàm Christum eiusque merita ex meritis Progenitorum Christi congruis. Etenim Deus vidit eorum omnium gratiarum actionem futuram ob incarnationem si incarnatio poneretur: ergo potuit æque incarnationem in spe gratiarum actionis Progenitorum ob illam figuræ, siue ex affectu eam ipsi compensandi decernere, atque potuit decernere gratiæ gratiarum actionis in spe gratiarum actionis Christi, siue, ut hanc compensaret. Non factis est, quod non-

nullo respondent, esse radicem gratiarum actionis Progenitorum, siue ipsam actionem gratiarum in radice: quare gratiarum actionem Progenitorum nihilo magis incarnationis, quam sui ipsius pretium esse posse quod incarnatione compensetur anticipato vel cuius spe incarnatione decernatur. Sed vinea illa sua sic respondentibus non uuas, sed labruscas faciet: armæque, & equus solutionem expugnabunt. Nam, & vinea fructus in radice est, & facinora in radice arma sunt & equus, quæ tamen per hosce in præmium fructus & vfus donantur item Progenitura aliorum, ac Maternitas Mariæ radix est gratiarum actionis Christi, cuius spe, & in cuius compensationem donatur. Dices consequentiam de possibili absurdam non esse; negandam tamen de facto ne detur mutua causalitas inter merita progenitorum, & merita Christi in eodem genere, quia hæc ex Patribus, & Theologis fure causa gratiæ auxiliantis, & meritorum Progenitorum Christi de facto. Fateor mutua hanc causalitatem generis eiusdem absurdam, & repugnantem: cum autem aduersarij eiusmodi in meritis Christum causam de facto gratiæ auxiliantis Progenitorum fuisse defendant, quæ etiam de facto in Progenitoribus respectu existentie Christi fuisse negare nequeunt, nec mutua causalitatem negare possunt. Accedit: quod iidem Recentiores principia non requisita essentialiter ad meritum sub illud cadere posse docent: atqui nec merita Christi principia essentialiter requisita ad gratiam auxiliantem, & merita Progenitorum Christi non sunt, neque hæc ad incarnationis existentiam & merita Christi ut patet: ergo hæc mutuo se causare in horum sententia & possunt, & debent.

CERTAMEN VII.

A fundamentis eadem opinio subuertitur.

EX his soluta manent exempla, quibus merita hæc in spe, & per modum pretij, & solutionis suadebantur ex contractu emptionis, & venditionis, in quo nulla est voluntas remuneratoria, & gratificatoria qualis esse debet voluntas præmiandi; qui enim anticipato soluit equum, equum amat non compensationem: si autem illam etiam amat ex contractu supponit acceptam moraliter: non secus ac cum vitro, citroque & res, & pretium simul datur: in rigore autem ille tantum soluit debitum, qui postremo tradit, siue rem, siue res: solum autem satisfaciunt iuri contractus, qui dat primo, sed ius hoc iam absolute supponitur existens: nemo autem ex iustitia potest dare pretium primo ob rem de qua non contraxit; licet sciat obiter rem tradendam, si pretium tantum donet, ut patet. Alterum exemplum de equo armis, & vinea multum negotij scholasticis hucusque fecerunt, ut disparitatem inter illud, & principium meriti, ac meritum ipsum, quominus cadere principium meriti sub illud nequeat, sicut dari equus, & arma ob facinora ipsi patrandæ, & vinea ob pretium ex eius fructu capiendum. Alexand. 3. p. q. 69. a. 2. in prima vocatione assignat disparitatem ad 5. quia gratia est prima vocatio, ac proinde sub meritum cadere nequit; in aliis verò principijs admittit ac plane succumbit, sed neque in prima vocatione satisfaciunt, nam argumentum contendit dari posse in sui operis præmium, sicut reliqua principia: ac proinde gratiam non fore. Atque vrgentius ex aliis vocationibus, quas in suorum operum præmium dari posse admittunt impugnantur: cum eodem modo hæc, atque prima ad sua quæque opera comparantur: licet, quia reliquæ primum opus supponunt, quod non causant, sub eius meritum cadere possint; sub suum autem quæque, æqua difficultate nec minori quam vocatio prima.

2 S.Th. in 2. d. 2. q. 1. a. 4. ait iniustitia commutativa solutionem pretij, posse esse effectum rei, quæ ipsa soluitur, aut iniustitia distributiva, in qua datur præmium, non posse conferre ante merita præuisa absolute non solum huius, sed aliorum. Contra: quia si præmia Deo deficerent, possent expectari merita aliorum, vnde dicitur, quod alij non desfer, iuxta debitam cuique proportionem: aut non deficiunt: imo vocatio, quæ huic danda in præmium sui operis, alij dari nequit, cum sit actus vitalis huic necessario affixus: ergo huic poterit dari nulla habita ratione aliorum ex iustitia distributiva. Sed habeatur necessario aliorum ratio, aliis etiam possent donari in præmium boni vsus sub conditione futuri auxilia, vel negari ob malum vsus sub conditione futurum ex qualitate iustitiæ distributivæ. Denique auxilium in præmium operis tanquam meriti solum congrui donandum solum esset: quare non ex iustitia distributiva. Respondet secundo 1. 2. q. 114. a. 5. ad 3. iuxta expositionem Vasquez 1. p. d. q. 1. c. 6. bonum vsus equi, & armorum totum equitas esse, ipsiusque haberi; aut bonum vsus gratiæ, huius etiam esse: quare illa ob equitatis facinora illis patrandæ dari possunt; secus ob bonum vsus hominis auxilium. Contra: quia pretium vineæ fructus illius præcipue est, eoque soluitur. Secundo: licet bonus vsus auxilij ipsi etiam tribuatur, aut hominis meritum, & laudabilis ipsi est; alioquin non solum auxilium, sed nec quid aliud posset à Deo promereri: ergo, licet physice bonus ille vsus sit ab auxilio, sicut facinus, quod militis meritum est, ab equo, poterit dari ob bonum hominis vsus. Respondet tertio q. 29. de verit. ab equo & arma posse dari militi cum onere, ut eis vitatur: sicque posse dari in præmium, pretiumque boni vsus, non secus; gratiæ vero auxilium non datur cum eo onere. Approbat hanc solutionem Durandus in 2. d. 5. q. 3. num. 8. sed quis verat, cum eo etiam onere dari à Deo auxilium? Secundo: licet neutrum cum eo onere donetur, datur tamen spe, & desiderio boni: ergo ob illum, tanquam meritum per modum pretij, & solutionis, ut isti & Alexander obieciabant.

3 Herize d. 28. de prædest. ex Vasquez supra, ac ex vtroque Bernal de incarn. d. 17. sect. 2. num. 351 respondent: nec cum datur equus cum onere pugnandi ipsum sub pugnæ meritum cadere, sed esse contractum innominatum *Do ut facias* contra: quia in omni contractu eum, qui primo dat soluere, quod nondum accepit, in spe rei tradendæ sibi sub conditione solutionis suæ contendunt aduersarij, licet nondum absolute futura fuerit præuisa: ac proinde equo, & auxilio præmiari per modum pretij, & solutionis bonum eorum vsus, si ex eo affectu donare Deus, dominusque equi voluerint. Respondet secundo Herize disparitatem esse: quia Deo bonus noster vsus utilis non est, sicut donanti equum & arma bonus militis vsus: quid ergo dabit Deus auxilium, quod boni vsus principium est, ut illum soluat, cum vsus bonus hominis nil Dei intersit? Peior reliquis solutio. Etenim, si solutio solum supra rem soluenti commodam, solumque ob vile aliquid præmianti præmium dari posset, etiam post factum boni vsus nostri nil Deus in præmium nobis posset conferre, satis ergo ad præmium est, quod bonus vsus gratis præmianti sit, quare nulla est disparitas. Respondet tertio Herize exemplis hæc non probari principium meriti cadere sub meritum posse ut meritum, sed, ut pretium: quod solum attenditur à donante vineam, vel equum, non autem, quo de vinea, vel equo illud patetur. Sed contra: quia hoc solum contendunt aduersarij ob meritum, ut pretium, siue rem intentatam, atque in spe illius posse dari equum, & auxilium, anticipato, pro priori naturæ præmio, & solutione. Respondet quarto, longa huius argumenti explicatione dari posse vtrumque in spe boni vsus anticipato ut aduersarij contendunt, non autem

autem ostendit cur præmium anticipatum non sint, cum sic donantur.

5 Responder tandem Daza equi usum & vineæ fructum non esse causam adhuc finalem, vineæ & equi ipsius: sicut esse oportet bonum usum auxilij, cum hoc in spe illius produceretur & donaretur tanquam pretij. Bene; ergo nec remota principia v. g. existentia Virginis, gratiaque Progenitorum Christi, vt tales esse mererentur potuisse cadere sub merito Christi, quæ causa finalis eius gratiæ fuerunt eo argumento & exemplis equi, & vineæ conuincitur, vt contendunt aduersarij. Secundo: quod meritum boni vsus auxilij sic causa finalis ipsius non obest, quominus auxilium ex spe & intentione boni vsus tanquam præmium anticipatum donetur per modum pretij & solutionis, vel obste gratiæ Progenitorum Christi, vt illorum spe ipsa Progenitoribus Christi donetur vt anticipata solutio, & præmium eorum. Denique quod fructus vineæ eiusque pretium, quo ipsa soluitur, huius qui emit sit, vt illo soluat pender à dominio vineæ translatò ab anticipato donatore in spe pretij obtinendi ex fructibus vineæ, ac similiter in equo & armis: in quo paritas ad auxilium, & bonum eius vsus aperta est. Nam proprietates fructuum soluentis pender, quasi effectiue, à donante dominium, & hæc donatio & dominium pender tanquam à fine à fructu & pretio, siue bono equi vsu in quorum spe equus, & arma, ac vinea data sunt: sicut bonus vsus auxilij, quasi actiue, ab auxilio pender: auxilium vero ipsum à bono vsu tanquam à fine intento, cuius spe donatur.

6 Sed vero, & erudiri, & quiescere hunc equum tot curibus ab scholasticis omnibus quadringentos totos annos agitatum æquum tandem erit; vel potius tanquam iam nunc sefforibus omnibus suis infaustum eneruatam ad pratum remitti. Nec minus opportunum vineam in spei scholasticæ ludibrium atque tanti sudoris inutilis materiam plantatam eradicari. Respondeo ergo ex dictis hæctenus negotio facili: ad equum ob bonum eius vsum, & vineam ob fructus pretij donari posse pro natura priori atque eodem profus modo ob bonum vsum ipsius donari posse auxilium: nec inter hæc disparitatis umbram quaeri, nedum inueniri vnquam posse, nisi ab his, qui nodum, vt aiunt, in seyrge quarant: vt idcirco tam improbo labore scholastici laborarint, quin difficultatem vicerint. Sed neutrobique, quod anticipato datur pro naturæ priori siue ad bonum vsum equi, vel auxilij, siue ad pretium fructumque vineæ dari in eius pretij solutionem, boniue vsus præmium: quia solutio & præmium absolutum natura, & essentia sua debitum, seu ius ad illa absolutum supponunt, quod pro priori naturæ sui principij absolute esse cognoscique repugnat: quare & pro illa priori præmium & solutionem esse posse: dantur ergo ea omnia in spe boni vsus, & & pretij, ex eorumque intentione: quare ob illa, vt finem non ob debitum, & meritum: quare nec in solutionem & præmium. Hac ipsa doctrina miles ille arma deponat, & suras, etsi Decurio sit, soluatque somno. Ipsi enim cum arma illa donata sunt non ex affectu soluendi boni vsus illorum, illumve præmiandi sunt data: nulla enim in spe futuri sub conditione meriti, est absoluta solutio: quia hæc nostra omnium ad hæc merita in spe exigenda fundamentorum anticipata solutio est.

QVÆSTIO V.

Quonam tempore designatis actibus, & merito Christus promeritus fuerit.

Dvo in Christo ad rem hanc tempora distinguenda sunt: ante mortem & Resurrectionem, vnum post mortem; & resurrectionem alterum. Ac demum videndum an ex omnibus actibus honestis, quos tempore promerendi exercuit vnum totale meritum, an plura, pro actuum pluralitate numerentur.

CERTAMEN I.

De vita tempore, ad mortem usque exclusiue, conclusiones.

1 **C**onclusio prima est: *in ipso conceptionis instanti promeritus est Christus, est contra Alextrem, Albertum, Bonau. Holcot. Capreo. & Durandum, apud Vasquez d. 75. c. 1. sed tamen est reliquorum antiquorum: Theologorum, quos referunt secunturque Vasquez ibi. c. 2. Soar. d. 39. sec. 3. Lugo d. 27. sect. 4. communem, & fere omnium Theologorum appellans Bernard. d. 55. sec. 6. §. 1. vterque Hurt. Beccan. Ragula recentioreque reliqui ad vnum siue Typis siue Manuscriptis de hac re disputarunt. Probatur ex Paulo ad Hebr. 10. vbi ex Psal. 39. à n. 5. E Christi nomine mundum ingredientis & persona ait, *hostiam, & oblationem noluisi, corpus autem adaptasti mihi; holocausta & pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deum voluntatem tuam. Superius, inquit Paulus, dicens, quia hostias, & holocausta & oblationes pro peccato noluisi, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur: tunc dixi ecce venio, vt faciam Deum voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuat: in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem. Et. Licet autè voluntas hæc, in qua sanctificati dicimur Deo volentis, & Christi in ipso mundi ingressu obsequentis, intelligi possit ac Patres plures de Dei explicitæ voluntate; non ita vero, vt alium intellectum de Christi voluntate excludant, ac negent: iamque vulgo à Theologis intelligitur de voluntate Christi acceptantis in conceptionis suæ initio Dei præceptum de vita passibili, ac morte ad hominum reparationem. Secundo in ipso mundi ingressu, seu suæ conceptionis instanti voluntas Christi Dei voluntati obsequentis attribuitur à Paulo illis verbis, *tunc dixi ecce venio: laudabilis, & honesta: ergo meritorea.***

2 Responder Vasquez qui huic testimonio conclusionem cedere non audeat, per ingressum Christi in mundum non curare Paulin aut Patres an instantaneæ sit, necne: quin idem Paulus ibi. cap. 1. num. 6. a i & cum iterum (alio scripturæ loco) intrò dicit: *primogenitum in orbem terræ dicit, & adorant eum omnes Angeli Dei.* cum non inde, nec aliunde constet in ipso introductionis in mundum seu conceptionis Christi instanti, propositum illum à Deo angelis omnibus fuisse vt adoraretur: ergo ingressus, siue introductio Christi in mundum in phrasi Pauli instantaneæ non capitur. Verum retenta vtrobique vulgata latina quid dubij est, Angelis omnibus Christum in primo conceptionis suæ instanti propositum à Deo fuisse vt adoraretur. Cum id humanitatis dignitas, vbi primum Deo vnica hypostatice fuit suo prete exiget iure, vt à creaturis omnibus adoraretur. Secundo Græca lectio valè vtrobique loci intelligentiæ quoad præsens institutum discrimi-